



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

IV. Qualia Luthero-caluinistarum sint mendacia circa Sanctos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Nam antehactantum non enecabar improbis mortalium orationibus.

Ab Vna postulantur omnia; quasi Filius meus semper infans esset; quia talis fingitur, pingiturque in sinu meo. Subscriptio: B. Virgo mea manu subscripsi. Pre-scriptio est: Maria Mater IESU, Glaucio Pluto. Claufula: Hac te scire volui: tu cogita, quid modo respondendum censeas, nam mihi plane res cordi est. Ex Aede nostra lapidea Cal. Augusti, anno filij mei passus 1524.

Hæc vehementer & eloquenter exagitata noster Bzouius, Conc. 19. Super Salve Regina, refutat: Et ego in mea Clauis predicandi Rosarium l. 1. ca. 14. & 16. Vide & in sequente quaesito.

QVÆSTIO IV.

Qualia Luthero-caluinistarum sint Mendacia circa Sanctos?

DE Conuicijs, blasphemisque calumnijs vide in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 72.*

DE MENDACIIS quibus & Cœlites, & Romano-Catholicos nos onerant, in exemplum pauca.

Suæ ipsi præcones sunt impietatis LUTHERANI.

I. LUTHERVS ferm. de Cruce

Quoniam reliquia Sanctorum nihil sunt aliud, quam fidelium Seductiones; ne deinceps populi Deos alienos colant; placere sibi, ut omnes eiusmodi reliquia altissime subterram abscondantur.

Idem in Postilla in festo Annunciationis.

Papiste Virginem Mariam Deum constituunt, Omnipotentiam ei in celo, & in terra attribunt.

Rursum. In Papatu omnes se ad Mariam conuertunt; & plus fauoris & gratia ab ea expectant, quam à Christo ipso.

MELANCHTON in Locis Comm. de præcepto primo, Papistæ cum Infidelibus iungit: Ratio: Quod idem sit, fingere multos Deos, & Sanctos mortuos inuocare.

Magdeburgenfes. Centuria prima B. Maria

& Sanctorum cultum qua Verbo, qua facto magis quam Approbatum mentiuntur; Quin &, ut manifestam idololatriam, reprobatur fingunt: Inde cæteris in Centuriis quiritantur. Ecclesiam de fecisse ad simulacra muta. Atque Centuria sexta præfatione omnino tragicè deplorant, in saculo secundo & tertio eam fecisse vitium; in quarto & quinto inclinam; in sexto corripit. Verba reddit Illust. Bell. in præf. de Sanctis.

H. CALVINVS l. de reformandæ Ecclesie necessitate ad Carolum V. vnanimitè diffensionem hanc esse, Quod Sancti Vnum Deum colant: Catholicis vero sancti inter Sanctos distribuerint officia, ut summi Deo tanquam collegas eos addiderint, in quorum turba delitescat: Quodque Sanctos loci Dei adorent; Quin & Reliquias, ossa, vestes, calceos. &c.

Idem Inst. l. 4. c. 21. inter causas suæ nobis defectionis ponit; Quod nulli haberi nobiscum conuentus possit, quin aperta per idololatriam pollutio fiat.

Eam sic ostendit l. 3. c. 20. Singulæ culiæ sibi Diuos ascuerunt; in quorum numero secus, atque tutelarium Deorum, fidem se sustulerunt.

Neque modo, (quod olim Israeli exprobat propheta) secundum numerum urbium Dijs sunt erecti; sed secundum capitum multitudinem.

Quæ quidem tam aperta sunt mendacia; ut nec verbum sit opus repositum.

Hæc vniuersè dicta sunt.

QVÆSTIO V.

An in celo Sanctos per Apotheosin statuamus?

I. CAL.